



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Additio Ad Qvæstiones Selectas in 1. 2. S. Thom. olim
impressas**

Requesenius, Josephus M.

Romæ, 1675

Eminem. Principi Carolo Carafa S. R. E. Cardinale Ioseph Maria
Requesenius E Societate Iesu

urn:nbn:de:hbz:466:1-38791

EMINEN. PRINCIPI
CAROLO CARAFA
S.R.E. Cardinali

*Ioseph Maria Requesenius
E Societate Iesu.
Collegii Soc. Iesu. Paderborn.*



N erudita ingeniorum palæstra, illud præ ceteris peculiare, ac proprium usu uenire solet, nemo, ut bellator meliorem gerat armaturam, quam causam. aliarum partium milites, pro rationum iaculis, conuiciorum, ac mendaciorum lutum, vocularumque argutias, & fuitiles paralogismos intorquent. quo enim alio genere armorum diuinæ sapientiæ oracula, & veritatem oppugnant? arma leuiora, ne dum paria susce-

† 3 pto

pto falsitatis patrocinio. Verum
hæc bellandi ars (nescio quo lœ-
uo dixerim fato) vltra fines ex-
currens, ad catholicorum castra
aliquando transiuit, non sine
Christianæ Reipublicæ dedecore,
ac detrimento. At ipse vete-
rum, ac strenuorum bellatorum
sub fidei vexillo militantium, ve-
stigijs inhærens, in campum pu-
gnaturus descendō, non hasta,
& clypeo contumeliarum instru-
ctus, non captiosis sophismatum
fallacijs armatus, sed bene libratis
rationum momentis, quibus veri-
tas de falsitate triumphat. hoc ita-
que fortissimo armorum appara-
tu, hostes ad pugnam prouocare
non metuo, nec despero victo-
riam. Sed quo mea hæc tendit
Oratio Eminentiss. Princeps! di-
cam plane. refert Pontificis aula
palæstræ speciem non ignobilem,
nec indecora puluere sordidam,

in

in qua sacræ militiæ alumni ad
præmia pro meritis capessenda
certatur conueniunt; aptissima
sunt arma, ait Latinus orator, ar-
tes exercitationesque virtutum,
quarum præsidio munitus miles,
tantoque comitatu circumseptus,
amplissimos honorum gradus
promeretur. Hos inter milites
adeo ingens tuarum virtutum
splendor effulsit, adeo non du-
bijs experimentis probata est sa-
pientia, magnanimitas, integri-
tas, fides, ut inuidia, tenebris, &
fraudibus, cœcoque tantum mar-
te fidens, armorum tuorum, lau-
dum videlicet egregiarum lucem
expauerit, & multorum licet spo-
lijs onusta, debitas præclaris tuis
meritis palmas, non modo victo-
ri nunquam surripuerit, sed ne
surripere quidem tentauerit. Et
sane quis obtusi adeo luminis, &
pectoris est, qui sine admiratio-

his sensu recogitet, quam felici-
ter virtutis arma, toto tuæ mili-
tiæ cursu, hoc est in tot publi-
cis muneribus, non tam nouus,
quam veteranus, ac diu exerci-
tatus miles tractaueris, vt perue-
tusti generis à purissimo deriuata
fonte, tot Duces, Dynastas,
Pontifices etiam Summos com-
plexa nobilitas, eximum cæte-
roqui militarium Virorum coho-
nestamentum, ac robur, quam
fibi quisque inter prima laudum
suarum ornamenta duxisset, mi-
nimum decorum tuorum cense-
ri potuerit, tot propriarum vir-
tutum titulis clari. talem te
profecto aspicio, qualem prius
Heluetiorum, ac Venetorum
Respublica, deinde Cæsaris regia
in tuis Legationibus suspexere.
hoc est moribus compositum, iu-
dicij rectum, consilio prouidum,
in disponendo industrium, in-
agen-

agendo strenuum , in priuatis ;
publicisque colloquijs affabilem ,
sed efficacem , in otio non otio-
sum , alienæ gloriæ non cupidum ,
in aduersis securum , contra pe-
ricula firmissimum , in prosperi-
tate moderatum , in iubendo pen-
ficulatum , in arduis negotijs per-
uigilem , ita semper opere , quam
verbo meliorem , ut nullum adeo
difficile , ac pene adynaton fue-
rit à te suscepsum negotium ,
quod non ex animi sententia le-
pide , feliciterque successerit .
Quare iure optimo tot nomini-
bus purpura perdignum inter
Romanæ Ecclesiæ Principes Ale-
xander non sine imperij Proce-
rum , vbi tunc Legati à latere mu-
nere fungebaris , plausu , & gra-
tulatione recensuit . Ita trium-
phauit in aulæ palæstra tuorum
armorum , hoc est præclarissi-
morum facinorum gloria , & ad

maio-

maiores triumphos te vocant ;
non fata, sed meritorum ingen s
cumulus, quo Christianum or-
bem, & orbis regnaticem vr-
bem, omnium aliorum, qui te-
cum in eodem puluere milita-
bant, confessione exornasti . His
ergo sub auspicijs triumphabit
dogmatum veritas, quam in lit-
teraria palæstra, quamvis grega-
rius, & leuis armaturæ miles,
contra veritatis euersores defen-
dendam suscipio .

Ioan-